Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

cantauit propter. et. quod cantauit; Quo enim inhaerentes humo curua
tus in terram. eaque ima sunt cogitantes. in rebus transeunt ab; spem ponen
tes. transilit iste. quia uocatur transiliens eos; Quo enim transiliens
nisi remanentes; Nostis quosdam psalmos inscribi canticum graduum.
& ibi quidem in greca lingua satis euidens. t. quid dicat; anab. athom.
anaba. thonnos. enim gradus. t. sed ascendentium non descendentiu
latinus quia non potuit propriedicere generaliter dixit & qm gradus
appellauit ambiguum reliquit. utrum ascendentium. essent. an des
cendentium; Sed quia non sunt loquellae neq: sermones. quorum
non audiantur uoces eorum. expona & sequentem lingua praecedens. &
sit certum in alia. quod ambiguum est in alia; Quod iam modo. ergo
ibi ascendens quidam cantat sic. & hic transiliens; Et ista autem haec ascen
sio. & ista transilitio non pedibus. non scalis. non pinnis; & tamen
si interiorem hominem attendas. & pedibus. & scalis. & pinnis; Nam si
non pedibus; quomodo dicit homo interior. non ueniat mihi pes superbiae;
Si non scalis quid sunt quas uidit iacob. ubi erant ascendentes angeli & des
cendentes; si non pinnis quis. t. quid dicit. quis dabit mihi pinnas sicut
columbae. & uolabo & requiescam; Sed in rebus corporalib; aliud
sunt pedes. aliud scalae. aliud pinnae; Intus autem & pedes. & scalae
& pinnae. affectus sunt bonae uoluntatis; Ibi ambulemus. hi ascen
damus. hi uolemus; Cum ergo audit quisq: transilientem hunc & imita
re elegit. non quaerat laeuitate corporis transilire fossas; Aut aliqua
altiuscula praeuolare saliendo. sed quod ad corpora attinet dico; Na
fossas etiam transilit. succensa igni & effossa in abinc repatione uultus
tui peribunt; Quae sunt enim succensa igni & effossa. quae ab in
crepatione dni peribunt. Nisi peccata. succensa igni sunt. quae
fiunt male. Ardens cupiditas. & effossa sunt quae fiunt male. lacens
timiditas; hinc enim peccata omnia aut cupiendo aut timendo
transilit; Ergo iste omnia quib; temere posset & in terra. erigat
scalas suas. exerat pinnas suas. uideat utrum quisquam agnoscat
hic se. Immo uero in dni gratiam ultis agnoscunt. qui forte iam uilem
habentes mundum. & omnia quae delectant in mundo. elegunt uiuere
dum hic uiuunt. In gaudis quibusdam spiritalib;; Et haec unde ee.
ad hucambulantib; super terram. Nisi ex diuinis eloquiis. ex uerbo
di. expanbala aliqua scripturarum scrutata & inuestigata.